



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 100. Galliarum Regis molimina pro Tornaco recuperando

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

nalem Tridentinum , ut testantur Scriptores Hispani , vel juxta Belgas , Secul. XVI. Se-  
dunensem Cardinalem sollicitat , urget-  
que , ut Cæsaris consilia everteret . Car-  
inalis , vel cuicunque demum hoc ne-  
gotium demandatum erat , validissimis  
rationibus Cæsari exposuit , quod ad tu-  
endam Austriacæ domus gloriam pluri-  
mum referret , ut Imperii corona ad Ca-  
roolum transferretur . His rationum mo-  
mentis cessit Maximilianus Imperator ,  
qui celebratis hisce comitiis sexto abhinc  
mense mortalitatem exuit : eo tamen  
temporis intervallo Hispaniarum Rex ad  
sibi concilianda S. R. I. Electorum suffra-  
gia non sine successu utebatur pecuniis  
hunc in finem non minus liberaliter ,  
quam circumspecte profusis . Paulo post  
habito Equitum velleris aurei conventu  
nuptias conciliabat cum Germana Fer-  
dinandi Catholici Regina vidua , & Fer-  
dinando Arragonio Calabriæ Duce , qui  
ultimi Neapolitani Regis Filius neglectis  
quibuscumque aliis curis suæ duntaxat  
voluptati indulgebat .

## §. C.

*Galliarum Regis molimina pro Tor-  
naco recuperando.*

Interea Volsæus Cardinalis , primusque Polyd. Virg.  
Minister Angliæ Regis , apud quem hisp. Angl.  
pluri. l. 27.

**Sæcul. XVI.** plurimum gratia valebat, cuncta Galliarum Regis consilia explorare, semper intentus erat; verebatur enim, ne Rex Christianissimus foedere, quod nuper cum Henrico iniisset, in rem suam verso Tornacum recuperare tentaret. Interea etiam eundem Cardinalem Carolus Hispaniarum Rex ad suas partes pertrahere fatagebat, ejus opera usurus, si forte bellum contra Gallos movere compelleretur, huncque in finem eidem hoc anno annuam trium millium librarum pensionem assignabat. Nihilominus hisce Caroli benevolentiis prævaluit Galliarum Regis solertia; hic enim, cum sibi probe perspectum haberet, hunc Angliæ Ministrum honorum, aurique percupidum esse, non solis blanditiis, sed muneribus quoque eundem lactabat; simulque Guilielmum Gouiffierum de Bonniveto Gallicæ classis Praefatum in Angliam decernebat, ut Cardinalem Francisco Regi devinciret. Hujus legationis successum magis expeditum reddebat nova Cardinalis dignitas, qua Eboracensis Ecclesiæ Archipræfalus creatus, Tornacensis Episcopatus conservationem parum cordi habebat; quapropter faciles omnino aures Francisco Regi accommodabat, qui ei amplissima offerebat munera, si Henricum Angliæ Regem, ac Dominum suum ad Tornacen-

LEO X. PONT. MAX. I. OCC. IMP. 399

censem urbem Franciæ reddendam in Sæcul. XVI.  
clinaturus esset.

A.C. 1518.

§. CI.

*Tornacum Volsei suasu ab Anglo  
Gallis restitutum.*

Igitur Volseus blanditiis, promissis, ac  
Francisci I. Regis muneribus expug-  
natus, animum sententiamque mutavit,  
cumque paulo ante unice intentus esset,  
ut Regi suo persuaderet, quod ad Regis,  
Regnique amplitudinem nil utilius esset,  
quam urbem hanc tueri, utpote maxi-  
mi momenti locum, ac perenne victoria-  
rum, quas de Gallis retulisset, monu-  
mentum: mox tamen Gallici auri vis  
Volsei intentem, linguamque adeo muta-  
vit, ut Henrico auctor esset, quod hæc  
ipsa urbs Regno inutilis foret, cum præ-  
sidii expensæ longe superarent cunctas  
futuri emolumenti spes, proin longe ma-  
gis expediret, illam Galliarum Regi in-  
stanter supplicant, quam Hispaniæ Re-  
gi forte eam armis vindicanti relinquere:  
hac occasione, inquiebat Volseus utendum  
censeo ad ingentem auri summam a Tor-  
nacensibus extorquendam; aliunde au-  
tem urbs utpote Caleto nimis distans,  
prima quavis dissensione inter utrumque  
Regem exorta, abs dubio in hostium ma-  
nus veniet, cum tamen ex aduerso hac  
liber-